

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

pater generat, filiumq; producit, substantia tamē hæc filio nequaquam cōmunicatur, in quo quidē solent homines sæpissime decipi. Cum em̄ dicimus patris substantiā filio cōmunicari, non id asserimus verum esse, quatenus pater filium generet, quandoq; dem filius etiam generaret. Proptereaq; dicere solemus, nec ipsum eē communicari, quia filius quoq; necessario (vt paulo ante dictū est) generaret. Hæc autē substantia (vt ita dixerim) absolute simpliciterq; considerata, quæ generandi potestas est, principium est, quo vel per quod, quod quidē a patre filio cōicatur & tradit, non tamē secundū absolutum eius cōsiderationē. In generatione autē filij, omnia patris cōmunicantur, quandoquidē principium eē cōicabile, filiationi se non opponit. Pater ergo cum generet, per eandē ipsam substantiam, quæ principium est, quo vel per quod, id etiā cum filio cōmunicat, vt is etiā sancti spūs principium sit, quandoquidē spūs sancti principium in patre eē, habitudini proprietatiue filij nequaquam opponitur, propterea tñ nō sequitur, vt hæc substantia secundum suum eē cōmune ac absolutum, principium sit p quod. Secundum igitur eiusmodi considerationē, potētia producēs vocat, filioq; cōmunicat, qua quidē ratione non sequitur, vt eadē substantia causa sit, atq; causata. Hanc nobis doctrinam P. reuer. doctores oēs tradiderant, orationes has exponētes, filius est ex substantia patris, & sanctus spiritus ex patris filijq; substantia. Quam quidē doctrinam si etiā ipsi sequemini, profecto nunquam errabitis. Sed hæc tenus. Sessione vero sequēti, de his diffusius dicam, tu autē (si lubet) respondeas. ¶ Quæstionē tuam pater Ephesē, provincialis pater scite dissoluissē videt.

Inl. card.
Mar.

Nos iuxta primæ synodi theologiam, ac eius symbolum, reue. P. illud, ex patre, id est, ex patris substantia natum, nil aliud significare putamus, quæm ex patris persona, hoc est, ex patris substantia, eiusq; proprietatibus. Nonne tibi quoq; videt ita vt persona, substantia nominet, an quicq; aliud præter hoc? Nonne dixi, P. reue. duo eē substantiarum genera? Aliter quatenus tribus personis natura cōmunis existit, aliter vero cum vna cum existētibus proprietatibus considerat, qua quidē ratione hypostasis & persona nuncupat. Illud ergo quod in Niceno symbolo celebrat, ex patre, id est, ex patris substantia natum necesse est, ex hypostasi patris significet, quod aliud quoq; genus substantiarum præter illa duo videt eē, doctores tamē substantiarum nomine duobus tantum modis vtunt. Nam primū illud, quod supra protuli, non aliter a Latinis q̄ pro hypostasi capit, ita vt merito nemo nos possit accusare, tria substantiarum genera profiteri, quandoquidē filium eē cōsubstantialē patri, id quod prima Nicena synodus declarauerat, ipsamq; substantiam, per quam filius patri cōsubstantialis existit, tribus personis cōmune eē, ac illud ex patris substantia, principium quo, vel p quod, non autē generans significare firmiter tenemus. Substantiam p quam (inquis) pater & filius est, tribus personis cōmunit existit, num ergo verū est dicere sanctum spm̄ ex trium personarum substantia hypostaticè procedere? quandoquidē pauloante visus es protulisse sanctum spm̄ ex cōmuni patri filioq; substantia depēdere. Num cum ex patre profertis, præpositio, ex, differētiam vel distinctionē inter substantias aliquam apud vos significat? Ita profecto.

Iohan.

Mar.

Iohan.

Mar.

Mar.

Bes.

Iohan.

Bes.

Iohan.

Mar.

Iohan.

Realem ne? an secundum rationem?
Personarum distinctio, P. reuer. secundum nostram intelligētiam considerat, non autē inter se, verū hypostasis quæq; realiter. Tametsi, P. reuer. secundum nostram intelligētiam inter se diuinæ personarum differunt, suis tamen proprietatibus re substant.

Hic quæro ex te, P. reuerē. an proprietates cum persona sint idem?
Secundum quidem rem & subiectum idem eē creduntur, ratione vero differre.

In patre quidē, P. reue. paternitas est, ac substantia, tribus diuinis personis cōmunit, patris vero persona non nisi ratione ab ipsa paternitate substantiarumq; differt, cum ab alijs duabus personis re quoq; differat. Siquidē igit in pfe paternitas ac substantia est, quā obsecro ratione pater generat? Et utrū suppositū est paternitas ne? an substantia? vel utrūq; Substantia est, P. reue. Id quod patri cōmunicat, p ipsam tñ nequaquam filio pater cōmunicat, verū p suam proprietate, quæ quidē paternitas est, ad filiumq; refert, atq; principium est, non tamē tribus personis cōmune. Immo substantia est, P. reue. id quod filio cōmunicat, quandoquidē in pris persona (vt pauloante dictū est) nil aliud q̄ substantia & paternitas est. Ergo suppositū, non vt proprietates, cōmunicabile est. Nam cū suppositum & substantia vnum sint, necesse est, vt non alia ratione, quā per ipsam cōmunicem substantiam pater ipse communicabilis sit.

¶ Quod